

23. (56) Similiter contra impediētes vel capientes illos, qui veniunt ad sedem apostolicam, seu recedentes ab ipsa, contra quos sententia Romani pontificis annuatim in tales ter promulgata usque ad satisfactionem condignam publicari mandatur, 'invocato' etc. — Legatur ut in proxima superiori^a.

24. (—)^b Item quod parrochiani ecclesiarum compellantur solvere decimas de proventibus terrarum vinearum hortorum et aliorum bonorum, que habent infra parrochias eorum; de qua quidem forma dominus Clemens^c amoveri fecit 'de fructibus arborum leguminibus ovis et pullis ac minutis'. — Dentur ut in cedula.

25. (12) Item contra Iudeos super decimis de^d possessionibus et domibus^e, que a Christianis devenerunt ad illos. — Dentur.

26.^f Item solet scribi diocesano, quod Iudeos compellat ferre habitum, quo distinguantur a Christianis. — Dentur.

27. (11)^g Item solet scribi diocesanis contra rectores, qui pro exequiis mortuorum benedictionibus nubentium^h et ecclesiasticis sacramentis pecuniam exigunt a parrochianis suis. — Denturⁱ.

28. (13) Item 'Post iter arreptum' tam pro peregrinantibus clericis quam pro aliis personis ecclesiasticis, qui causa peregrinationis et pro aliis negotiis venerunt ad curiam, littera dari solet. — Detur cum expressione legitime cause adventus.

a) 'dentur ut in cedula' C 1. b) Fehlt D 2. c) 'papa III.' D 1. d) Fehlt D. e) 'donationibus' D 2. f) Nur in B 1 D 1; der gleiche Anfang mit dem Folgenden scheint in B 2 C D 2 die Auslassung verschuldet zu haben. g) Fehlt B. h) 'inhibentium' C 3 D 2. i) 'legantur per notarium' C.

25. Beispiel bei Teige S. 78 A. 1 aus dem Formelbuch der Audientia.

27. Beispiel ebenda S. 78 A. 3.

28. 'Nos igitur ad eodem negotium remittentes ipsis dedimus in mandatis, ut revocato in irritum, si quid post iter ab eodem ad presentiam nostram arreptum contra ipsum invenirent indebite attemptatum . . . statuerent, quod canonicum videretur'. (Gregor IX., 1235 Juni 9, Westfäl. UB. 5, 191 n. 408; vgl. auch ebenda n. 423.